



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Annus Cisterciensis


In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta  
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs  
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

**Meglinger, Joseph**

**[S.l.], Anno MDCLXXXIII.**

6. Julij. Pridie Nonas.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45314**



6. Julij. Pridie Nonas.

**B.** FRESCENDIS, nobilis Duacena *Floruit*  
 virgo: quæ tacta desiderio fugien- *anno*  
 di infanientis mundi pericula, consilia *1218.*  
 de capeſſendo vitæ, ad votum tuum i-  
 doneæ, ſtatu, diu multúmque cum DEO  
 contuliſti. Repertum denique locum  
 ab hominum conſortio remotum, pro  
 te & aliquot ejuſdem mentis ſodalibus  
 amicorum ſubſidio ad habitatiõnem  
 honeſtam aptaſti. Cui ut ritus Cifter-  
 cienſium induceres, neceſſariò augen-  
 da erant ædificia. Quæ dum molieba-  
 ris, piiffimum laborem interpolare co-  
 natus eſt omnis boni inimicus: cujus  
 inſtigatiõne fundum conſtructæ à te  
 domûs ad ſe pertinere quorundam a-  
 varitia contendebat. At tu dignum ali- *Romæ*  
 quid animo virili auſa, Romam peti- *cauſam*  
 iſti: in qua Curia cùm ſola paupertate *agit.*  
 inſtructa cauſam ageres, geminam re-  
 pulſam inviçtâ patientiâ pertuliſti. Ad  
 tertium denique içtum aperta gratiæ  
 janua, & deſiderium tuum implevit, &  
 cœnobio Pratenſi felix initium dedit. *honore*  
 Quo celeriter exædificato, oblatum *recuſat.*  
 Abbatiffæ munus ex animi demiffiõ-  
 ne conſtanter recuſaſti, perſuaſis, quæ  
 ad te confluxerant, virginibus, ut ex  
 vicino

16 ANNI CISTERCIENS.

vicino monasterio Antistitam adoptaverint: quam in gubernatione, majore curarum parte in te susceptâ, non parum juvisti: ac tandem ad recipienda tot laborum præmia feliciter ad cœlos evolâsti. *Doce me, in omnibus actionibus*

*Con-*  
*formi-*  
*tas cum*  
*volun-*  
*tate di-*  
*vina.*

*& consilijs meis ante omnia respicere ad unicam Dei providentiam, nunquam ad propria voluntatis suggestiones: sed cum plena mentis resignatione amplecti, ac pro viribus implere, quidquid de me Divina Clementia disposuerit.*

*Floruit*  
*anno*  
*1206.*

B. HERMANNE, Heisterbacensis monache, & ibidem Cantoris officio fungens: cui præter insignem pietatis fervorem altissimè infixâ erat fraterna charitas, qua prodesse omnibus, maximè infestatione diabolica gravatis, desiderabas. Quod votum tuum DE-

*Demo-*  
*nem vi-*  
*det ali-*  
*osten-*  
*tantem*

US etiam prodigijs promovit; dum ipsum nequissimum hostem sub variis formis conspiciendum dedit. Videras aliquando versantem coram confratre quodam, tam in choro quàm refectorio, vini amphoram, cujus odorem etiam corporali sensu percipiebas: aliàs nigerrimi coloris ursum, ejusdem auri- bus nescio quid tali inspiratori conveniens insusurrantem. Et ille quidem tua monita contemnens scelesto dis- cesso demonstravit, quonam auctore

facrum

facrum Ordinem deseruerit: felicior utique futurus, si consiliis tuis obtemperans, maligni fraudes tam apertè cognitās cavere didicisset. *Demonis, an concupiscentiæ periculosiores incumbant insidiæ, incertum est. Neuter ex istis hostibus dormit, nullas concedunt inducias, nedum pacem. Tu me ad continuam vigilantiam stimula: nec enim aliter, nisi his armis speranda victoria.*

Vigiliæ  
vigiliis  
oppo-  
nendæ.

S. BERNARDUS, ser. 58. in Cant.

Quantumlibet in hoc corpore manens profeceris, erras, si vitia putes emortua, & non magis suppressa. Unum in tanto discrimine consilium est, ob-  
servare diligenter, & mox ut resuscitantium capita apparebunt, prompta severitate succidere.

Vitia  
in hac  
vita nō  
mori-  
untur.



7. Julij. Nonis.

B. FLORENTI, Aureæ Vallis Converse, verè converse: nam è Mahutis impiissimo dogmate primùm te SS. Episcopi Nicolaus, & Claudius per visum evocaverunt. A Christianis deinde in Ungaria captus, atq; ad Auream Vallem

floruit  
anno  
1618.